



Geta, qui & Gothus dictus fuit, erat indiuulsus
 Tuisconis quintus comes, à quo Gethæ &
 Gothi prognati fuerunt, qui postea Italiam atq; Hi-
 spaniam ingressi, omnia longè lateq; populati sunt.
 Cum enim is prudentia & fortitudine multos alios
 superaret, rex Tuisco eam Europæ regionem, quæ
 inter Daciam & Norduegiam sese extendit, possi-
 dendam & gubernandam concessit. quæ etiam ab
 eo tanquam uiro forti, & suo conditore denomina-
 ta fuit. Verum eam regionem Magogi progenies
 postea habitatoribus frequentiore reddiderunt,
 Berofus.